

bet Jurisdictionem. Ordinariam autem Jurisdictionem pro foro interno habent Episcopi, Prælati erga subditos suos, ac Parochi; delegatam verò alii simplices Sacerdotes, dum ab Episcopo approbantur ad Confectiones, & iisdem impertitur Jurisdictio, ut possint absolovere pœnitentes à peccatis, ut dixi supra Decif. XV. num. 28. ex Gobat trakt. 7. num. 43. & Squilant. de Oblig. & Privileg. Episcop. part. 3. cap. 39. num. 1. Et hæc est causa, propter quam Sacerdos, si prohibeatur ab Episcopo celebrare, & celebret; valide confecat, quamvis illicitè faciat; at non approbatus ad confessiones, vel prohibitus, ne eas audiatur; si de facto absolvat, invalida, ac nulla est absolutio; quia scilicet potestas conferendi data est ei absque ulla conditione in ordine Sacerdotali; at potestas absolvendi elargitur sub restrictione obtinendi prius Jurisdictionem vel ordinariam, vel delegatam, qua non obtenta (excepto casu periculi mortis, in quo Ecclesia concedit ipsam Jurisdictionem omnibus Sacerdotibus) invalidè Sacerdos absolvit, ut plenissimè demonstrat Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 18. art. 7. per totum. Et disp. 19. art. 9. num. 201. & doctissimus Maurus in 4. Sent. disp. 3. quæst. 19. art. 1. & 2. à num. 510. & seqq. Et in sua Theologia Morali disp. 21. q. 8. art. 1. à num. 200. & seqq. ubi bene advertunt Jurisdictionem, vel ordinariam, vel delegatam esse necessariam ex veriori opinione in simplici Sacerdote 33 etiam pro absolutione à venialibus, vel à mortalibus aliis confessis, quæ opinio hodie est omnino tenenda; quia contraria damnata est ab Innocentio XI. in Decreto circa Communionem quotidianam dato Romæ die 12. Februarii Anni 1679. relato à Cardenas in Cæsi Theolog. tom. 2. Dissert. 2. cap. 6. art. 9. num. 416. & per me transcripto in meis Decisionibus De Venerabili Eucharistia Sacramento Decif. X. ad num. 11. ut dixi supra Decif. XV. num. 30.

Quo ad Sextum, & ultimum: Si querimus, Quinam sit effectus harum Clavium fori interni? & an sit infallibilis? respondetur tres esse effectus. Primus est remissio, & delicti culpæ; licet enim Magister Sententiarum, & alii antiqui Theologi asseruerint, culpam à solo Deo remitti, & deleri; Sacerdotem verò profertendo verba à absolutionis tantummodo declarare culpam fuisse à Deo remissam, hæc opinio non est vera; imò est à Concilio Tridentino reprobata; quandoquidem sess. 14. Can. 9. definit, quòd; si quis dixerit, absolutionem sacramentalem Sacerdotis non esse actum judiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccata, &c. Anathema sit. Et veritas prædicti primi effectus est manifesta, tum quia Christus instituendo hoc Sacramentum dixit Apollolis: Quorum remiseritis peccata, remittantur eis. Joan. 20. & non quorum pronuncieveritis fuisse remissa peccata; tum quia Sacramenta efficiunt, quod significant. Sed Sacramentum Pœnitentiæ, per formam absolutionis significat, Sacerdotem tamquam Judicem absolovere pœnitentem. Ergo verè eum absolvit à culpa, & introducit gratiam in ejus animam; tum etiam quia nisi Sacerdos esset, qui absolvendo deleret culpam, in nihilo differret à Sacerdotibus Legis antiquæ, qui Leprosos non liberabant à Lepra, sed liberos esse declarabant; unde ait S. Jo. Chryostomus lib. 3. de Sacerdotio c. 4. Nihil in Sacerdotibus non corporis Leporam, verum animæ fordes, non dico purgatos probare, sed purgare prorsus concessum est. Ad rationem verò, quòd soli Deo competat remittere peccata, respondeatur, intelligendam esse quæ ad supremam, & principalem potestatem; ad Sacerdotem verò spectat ministerialiter, & tamquam ministrum Dei, ad hoc ab ipso Deo Judicem constitutum, ut fuis docent, ac probant Gonetorum 5. disp. 12. art. 3. num. 31. Maurus in 4. d. disp. 5. quæst. 13. art. 1. à num. 364. & seqq. & Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 18.

art. 10. per totum. Secundus effectus est remissio, ac delictio pœnæ æternæ; cum enim pœna æterna annexa sit, & coheret culpæ mortali, sequitur necessarid, quòd qui deler culpam, deler etiam reatum, ac pœnam æternam. Et ita docent S. Thomas in 4. disp. 18. q. 1. art. 3. & disp. 22. art. 1. Scotus ibid. disp. 19. §. ad questionem motam. Eminent. Cardin. de Lauræa d. disp. 18. & Maurus ead. disp. 5. num. 368. Tertius effectus est, remissio aliquis partis pœnæ temporalis, quæ remanet solvenda Divinæ Justitiæ post deletam culpam, & remissam æternam pœnam; adeo ut si deleta culpa per contritionem cum voto Sacramenti, remaneat solvenda pœna temporalis in Purgatorio centum annorum; si actualiter suscipiatur Sacramentum Pœnitentiæ, per absolutionem sacramentalem, quam virtute clavium profert Sacerdos super eodem pœnitente, deletur aliqua pars ejusdem pœnæ, & diminuitur delictus numerus centum annorum. Hoc probatur ex illis verbis Concilii Tridentini sess. 6. cap. 14. in quibus assignans disparitatem effectus Sacramenti Baptismi, ac Sacramenti Pœnitentiæ, inquit, in hoc, & non in illo esse necessariam satisfactionem: Non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramento voto una cum culpa remittitur; sed pro pœna temporali, quæ, ut Sacre Littere docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur. Itaque si non tota semper dimittitur, aliqua pars semper dimittitur. Ulterius Claves delent pœnam temporalem, quia dum Sacerdos earum virtute injungit pœnitentias faciendas in hac vita, eum liberat à pœnis aliis solvendis in Purgatorio, ut bene profertur Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 18. art. 12. Maurus d. num. 368. & Gonet d. tom. 5. disp. 13. art. 3. num. 31. ubi subdit, quòd pœnitentiæ Sacramentalis ultra deletionem pœnæ temporalis, ex peccatis jam condonatis relictæ; nec non auxilia quædam supernaturalia ad faciendos præcavenda peccata in futurum. Utrum autem hi effectus Clavium sint infallibiles? Respondetur affirmative, dumquòd clavis scientiæ non erret circa species, aut circumstantias mutans illas; vel clavis potentia pariter non erret in absolvendo à peccatis reservatis, super quibus Sacerdos non habeat Jurisdictionem. In his duobus casibus efficerent prædicti effectus, quia judicium esset invalidum; & Sacramentum nullum. At ubi validitas Sacramenti, & absolutionis est salva, prædicti effectus sunt infallibiles, etsi Confessarius in aliquo peccaret circa clavem scientiæ, vel potentia, imponendo scilicet, vel majorem, vel minorem pœnitentiam; vel non interrogando exactè omnes circumstantias, de quibus infra Decif. XXV. ut latissimè demonstrat Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 18. art. 12. in quo Eminentia sua concludit tractatum de Clavibus Ecclesiæ.

DE C I S I O XX.

A R G U M E N T U M.

Exponitur effectus Clavium Ecclesiæ quò ad Indulgentias, quarum vetustissimo usu probato, offenditur, plenissimam potestatem eas elargiendi esse in Papa, limitatam autem in Cardinalibus, Episcopis, Archiepiscopis, Abbatibus, ac aliis Prælatibus Regularibus; nullam verò in Conciliis, Vicariis, Capitulis, ac Parochiis. Novem observationes scitu dignæ circa facultatem Episcoporum impertiendi Indulgentias, & harum publicationes etiam ab aliis, quam ab Episcopo, ex consuetudine ferri posse, auctoritate Rotæ Romanæ demonstratur.

S U M M A R I U M.

- 1 Etymologia Indulgentiæ.
- 2 Indulgentia definitur, ac ejus declaratio.
- 3 Pœna luenda in hac vita ex Dei decreto, ut Pestis, Fames, Bellum, non tolluntur per Indulgentias.
- 4 Thesaurus Ecclesiæ quinam sit? & quomodo confectus?
- 5 Indulgentiarum concedendi Potestas data est à Christo.
- 6 Hostes indulgentiarum quinam fuerint?
- 7 Antiquissimi usus Indulgentiarum probationes.
- 8 Testis inimici depositio ad favorem adversarii sui facit maximam probationem.
- 9 Abbas Papæ apollolis laudatus.
- 10 Papa potest quacumque Indulgentias concedere cuiuscumque.
- 11 Causa rationabilis requiritur pro Indulgentiis elargiendis.
- 12 Papa quo modo concedat Indulgentias pro defunctis?
- 13 Clausula per modum Suffragii quid significet?
- 14 Cardinales concedunt Indulgentias, & quales?
- 15 Legati, seu Nuncii Apollolici quas Indulgentias impertiunt?
- 16 Indulgentiarum concessio est actus Jurisdictionis, non Ordinis.
- 17 Oratio piissima composita à S. Francisco Xaverio.
- 18 Episcopi quos, & quot Indulgentias possunt elargiri? circa quorum facultatem dantur novem observationes.
- 19 Abbates, ac Prælati Regulares an possint concedere Indulgentias?
- 20 Concilia, Vicarii, Capitula Sede vacante non concedunt Indulgentias.
- 21 Indulgentiarum Papalium publicatio à quibus faciendâ?

Sed hic non improprie aliquis postulat: Utrum Claves Ecclesiæ, de quibus supra dictum est, se extendant etiam ad Indulgentias, adeo ut omnes, qui illas habent, & adhibent tam in foro externo, quam in foro interno, possint Indulgentias concedere?

Pro responsione duo sunt præmittenda. Unum est, quòd Indulgentia, quæ ex nominis etymologia significat nimiam quandam licentiam, seu facilem propensionem impudè agendi contra jus, si vè naturalem amorem parentum in filios, aut moderatam remissionem alicujus delicti, sui pœnæ ex liberalitate, vel misericordia factam; ut differit Gobatus in Quinario trakt. 4. de Indulgent. num. 12. relata tamen ad Claves Ecclesiæ ita definitur: Indulgentia est relaxatio pœnæ temporalis, debite pro peccatis actualibus jam dimissi, & aliquando dimittendis, concessa à Prælato Ecclesiæ per applicationem Theauri Ecclesiastici. Ita ex Valentia tom. 4. disp. 7. q. 20. punct. 1. Gobatus in Quinario d. trakt. 4. num. 13. Dicitur Relaxatio prævia compensatione, quæ fit Divinæ Justitiæ cum meritis Redemptoris, Beatæ Mariæ Virginis, ac aliorum Sanctorum, repositis in thesauro Ecclesiæ, pro pœna, quam recipiunt Indulgentiam debuisse extolvere pro suis culpis eidem Divinæ Justitiæ usque ad integram satisfactionem. Dicitur relaxatio pœnæ, non autem culpæ; quia Indulgentiæ numquam remittunt, aut relaxant culpam. Quòd si alicubi legatur, eas remittere peccata, intelligendæ sunt quoad pœnam; vel eas absolovere à culpa, & à pœna; id est, quòd eas recipientibus conceditur facultas, ut à Confessario possint absolvi à quacumque culpa etiam reservata. Gobat d. trakt. 4. num. 16. & 17. ubi DD. De Sacramento Pœnitentiæ.

& Lexana tom. 3. Verb. Indulgentia. n. 2. Dicitur Pœna Temporalis, non autem Æternæ, quia hæc remittitur vel per Confessionem sacramentalem, vel per contritionem cum voto confecti; ut dictum est in præced. Decif. XIX. num. 34. Verè Secundus effectus. Dicitur debite pro peccatis actualibus, videlicet commissis post baptismum; nam patrata ante baptismum, pro etiam originale, delentur quo ad culpam, & quo ad totam pœnam in ipso salutaris Lavacro. Eminentiss. Card. de Lauræa de Baptismo disp. 16. art. 2. q. 21. & 22. Dicitur jam dimissis, & aliquando dimittendis; quia regulariter ad obtinendas Indulgentias oportet, ut præcedat remissio culpæ vel per contritionem, vel per actuale eorumdem sacramentalem Confessionem, ut ferè in omnibus concessionibus Indulgentiarum præscribitur; etsi aliquando sufficit solum propositum confecti, ut demonstravi supra in Decif. VIII. à num. 8. & per consequens probable fit, quòd possit peccator sibi acquirere satisfactionem per Indulgentias etiam nondum dimissis peccatis, juxta opinionem Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Pœnitent. disp. 13. art. 10. à qua non dissentiunt Suarez eod. trakt. disp. 10. sect. 2. & Emin. Card. de Lugo disp. 7. num. 95. relati à Gobato in Quinario d. trakt. 4. num. 18. ubi num. 19. subdit, pœnam temporalem, quam remittit Indulgentia, esse illam, quam vel Confessarius injungunt peccatori, vel in Purgatorio pœnitens erit purgaturus; nam pœnæ ob hominum scelera luendæ ex Dei decreto in hac vita, nempe Bellum, Pestis, Fames, non tolluntur per Indulgentias. Eminentiss. Card. de Lugo disp. 37. sect. 9. quòd intelligendum est primario, & secundum proprium effectum; seu ex secundo, & secundum causam, quatenus per eas moventur homines ad relinquenda peccata; & sic Deus removel delicta pœnas. Dicitur concessa à Prælato Ecclesiæ: scilicet vigore clavium tum ordinis, tum Jurisdictionis in foro externo; ut infra explicabimus, loquendo singillatim de omnibus Prælatibus. Tandem dicitur per applicationem Theauri Ecclesiastici; qui quidem Thesaurus est ingens, & inexhaustus cumulus meritorum, & satisfactionum tum Christi Domini, tum Deiparæ Matris, tum etiam aliorum Sanctorum, quorum sanctæ actiones longè plus pœnæ expiatur, quam eorumdem Sanctorum aut peccata, aut peccatilla fuerint promerita; qui quidem Thesaurus reservatur in acceptatione, & memoria divina, & erogatur in utilitatem membrorum Ecclesiæ. Extravag. Unigenitus. De Pœnitent. & Remissionib. Valentia d. disp. 7. quæst. 20. punct. 1. Gobat d. trakt. 4. num. 21. Tirinus in Indice Contror. Fidei Contror. 24. & Cornel. à Lapide in Epist. ad Coloss. Verè. 24.

Alterum præmittendum est; in Ecclesia relictam esse potestatem à Christo concedendi Indulgentias, per illa verba Matth. 18. quacumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælo. Et per ea, quæ dixit Petro Matth. 16. Tibi dabo Claves Regni Cælorum; Earumque usus usque ab initio præacticum fuisse, ut ex testimonio SS. Patrum, ac Conciliorum demonstrant Valentia d. tom. 4. disp. 7. q. 20. punct. 2. Tirinus d. Contror. 24. & in Commentar. 2. Cor. 2. Verè. 10. Passerinus de Indulgentiis quæst. 3. Ardekin in Theologia Tripart. tom. 2. trakt. 14. cap. 8. novissimè Gaspar Ivenin in Commentar. Historico Dogmat. de Sacramentis tom. 2. Dissertat. 14. quæst. 1. cap. 1. & 2. ubi doctè advertit quòd priores temporibus Indulgentiis, quibus remittebantur pœnæ debite pro peccatis, dicebantur, relaxatio, nis, remissiones, donationes, condonationes; adeo ut nomen Indulgentiæ ceperit usurpari à Gregorio Papa VII. in suis Epistolis. Hostes autem Indulgentiarum fuerunt hæretici Waldenses Anno 1170. de-6. Wiclefius, & Joannes Hus, quos damnavit Concilium Constantiense sess. 15. At impetum fecit in illas

in illas Martinus Lutherus Frater Augustinianus Anno 1517. ob abdicatam, quam eius Religio faciebat, collectam elemosinarum, & demandatam Dominicanis, pro fabrica Basilicæ S. Petri de Urbe, ut latè in Annaliibus Odoricus Raynald. d. Ann. 1517. & Eminentiff. Card. Pallavicinus in Histor. Concilii Tridentini. Lutherum postea fecuti sunt Zuïnglius, & Joannes Calvinus, ac eorum sequaces; quos omnes damnavit Sacrosancta Synodus Tridentina; ut legitur in Decreto de Indulgentiis post sess. 25. his verbis: *Cùm potestas conferendi Indulgentias à Christo Ecclesie concessa sit, atque hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit: Sacrosancta Synodus Indulgentiarum usum, Christiano populo maximo salutarem, & Sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet, & præcipit: eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse afferunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. Idem firmatum fuerat Anno 1342. à Clemente Papa Sexto in citata Extravag. Unigenitus. De Pœnit. & Remiss. in qua post enarratam copiosissimam Sanguinis effusionem à Christo Domino in Cruce factam, ut thesaurum meritorum suorum Ecclesie suæ relinquere, subdit: *Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per beatum Petrum Cæli Clavigerum, ejusque Successores suos in terris Vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum: Porro circa hanc Summi Pontificis facultatem elargiendi Indulgentias Doctores Clastici notant duo. Unum, quòd in eis concedendis debet intervenire honesta, ac rationabilis causa; siquidem Papa non est dominus thesauri Ecclesiasticæ, sed solum dispensator, idèd eum elargiri tenetur in ædificationem, non in destructionem. Gobat d. traç. 4. de Indulgent. num. 86. subdens num. 90. quòd causa potest esse vel præterita, vel præsens, vel futura; quia, ut docet Eminentiff. Cardin. de Lugo de Pœnitent. disp. 27. num. 86. & Coninck tom. 2. in 3. part. disp. 12. num. 34. potest Pontifex impertiri Indulgentiam alicui benemerito de Ecclesia sine injurione illius operis, eo sine, ut exciet alios ad similia merita. Tunc autem causa dicitur honesta, rationabilis, ac proportionata pro concessione indulgentiæ, quando magis conducit ad honorem Dei, attentis circumstantiis temporis, locorum, ac personarum; siquidem proportio causæ non est metiendæ arithmeticè, sed moraliter; & in dubio presumendum est pro ejus sufficientia. Fumus Verb. Indulgentia num. 11. Gobat d. traç. 4. quest. 28. à num. 93. & seqq. Cotonius in suis Controversiis Illust. lib. 2. Controv. 11. num. 26. & seqq. Suarez in 3. part. D. Thom. tom. 4. disp. 53. sect. 7. in qua latè de hac causæ proportionè disputat. Alterum notabile est, quòd Papa non potest concedere Indulgentias defunctis directè, immèdiatè, & principaliter, sed tantùm per modum suffragii, & docet S. Thom. in 4. disp. 45. quest. 2. art. 3. quest. 2. Emin. Card. Bellarminus de Indulg. cap. 4. & de Lugo de Pœnitent. disp. 27. num. 62. etfi contrarium scribat Navarrus de Jubileo, & Indulg. notabil. 22. num. 33. Quid autem significet hæc clausula per modum Suffragii, obscurè Doctores explicant. Alii volunt significare, quòd effectus non sit infallibilis, sed pendat à libera acceptatione Dei; sicut quando pro Cajò ad trimeses à Rege damnato, quis offert Regi mille aureos pro ejus liberatione. Ita Layman. lib. 5. traç. 7. cap. 7. num. 3. Alii, quòd ipse Papa non remittit penas defuncti per viam absolutionis tanquam Jdex, prout facit cum vivis, sed offerendo pretium æquivalens Deo ex thesauro Ecclesiæ, ut ipse Deus penam remittat. Ita Eminentiff. Card. Toletus lib. 6. cap. 26. Suarez, & Coninck, quoscit Gobat d. traç. 4. n. 478. Alii ajunt, illam phrasim per modum Suffragii innuere, quòd Papa non immèdiatè, & directè, sed mediante pia actione alicujus viventis, & eam defunctis applicantis, eosdem defunctos**

sed perenne incorruptum, nullique dolo subiectum, patensque factum, quòd bodieque visitur Romæ in Sacerlo D. Zenonis ad D. Praxedis. In eo Paschalis I. potestatem affirmat, palamque facit ei, qui in Sacerlo D. Zenonis divinum sacrificium celebraverit, celebrandumque curaverit, eripiendæ lultribus dponit, quas dicimus Purgatorias, anime Patris, vel Matris, alteriusvbi, qui forid libuerit.

His ita præmissis, ac prænotatis, potestas Clavium Ecclesie se extendit utique etiam ad Indulgentias; quas quidem concedere possunt, & valent sequentes Hierarchæ, eisdem Claves in suis manibus retinentes. Primò quidem Papa, qui jure divino tanquam Christi Vicarius habet potestatem concedendi Indulgentias tum partiales, tum plenarias omnibus Christi fidelibus, ubi vis locorum, 10 juxta promissionem Divo Petro per Christum factam in illis verbis: Matth. 16. 19. Tibi dabo Claves Regni Cælorum; & juxta commissionem universi gregis in illis Joan. 21. 18. Pasce oves meas. idèdque Clemens VI. in cit. Extravag. Unigenitus, ut mox retulimus sub num. 62. dixit: *Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per beatum Petrum Cæli Clavigerum, ejusque Successores suos in terris Vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum. Porro circa hanc Summi Pontificis facultatem elargiendi Indulgentias Doctores Clastici notant duo. Unum, quòd in eis concedendis debet intervenire honesta, ac rationabilis causa; siquidem Papa non est dominus thesauri Ecclesiasticæ, sed solum dispensator, idèd eum elargiri tenetur in ædificationem, non in destructionem. Gobat d. traç. 4. de Indulgent. num. 86. subdens num. 90. quòd causa potest esse vel præterita, vel præsens, vel futura; quia, ut docet Eminentiff. Cardin. de Lugo de Pœnitent. disp. 27. num. 86. & Coninck tom. 2. in 3. part. disp. 12. num. 34. potest Pontifex impertiri Indulgentiam alicui benemerito de Ecclesia sine injurione illius operis, eo sine, ut exciet alios ad similia merita. Tunc autem causa dicitur honesta, rationabilis, ac proportionata pro concessione indulgentiæ, quando magis conducit ad honorem Dei, attentis circumstantiis temporis, locorum, ac personarum; siquidem proportio causæ non est metiendæ arithmeticè, sed moraliter; & in dubio presumendum est pro ejus sufficientia. Fumus Verb. Indulgentia num. 11. Gobat d. traç. 4. quest. 28. à num. 93. & seqq. Cotonius in suis Controversiis Illust. lib. 2. Controv. 11. num. 26. & seqq. Suarez in 3. part. D. Thom. tom. 4. disp. 53. sect. 7. in qua latè de hac causæ proportionè disputat. Alterum notabile est, quòd Papa non potest concedere Indulgentias defunctis directè, immèdiatè, & principaliter, sed tantùm per modum suffragii, & docet S. Thom. in 4. disp. 45. quest. 2. art. 3. quest. 2. Emin. Card. Bellarminus de Indulg. cap. 4. & de Lugo de Pœnitent. disp. 27. num. 62. etfi contrarium scribat Navarrus de Jubileo, & Indulg. notabil. 22. num. 33. Quid autem significet hæc clausula per modum Suffragii, obscurè Doctores explicant. Alii volunt significare, quòd effectus non sit infallibilis, sed pendat à libera acceptatione Dei; sicut quando pro Cajò ad trimeses à Rege damnato, quis offert Regi mille aureos pro ejus liberatione. Ita Layman. lib. 5. traç. 7. cap. 7. num. 3. Alii, quòd ipse Papa non remittit penas defuncti per viam absolutionis tanquam Jdex, prout facit cum vivis, sed offerendo pretium æquivalens Deo ex thesauro Ecclesiæ, ut ipse Deus penam remittat. Ita Eminentiff. Card. Toletus lib. 6. cap. 26. Suarez, & Coninck, quoscit Gobat d. traç. 4. n. 478. Alii ajunt, illam phrasim per modum Suffragii innuere, quòd Papa non immèdiatè, & directè, sed mediante pia actione alicujus viventis, & eam defunctis applicantis, eosdem defunctos*

sanctos liberat à penis; itaut ipse Papa elevet ipsam piam actionem ex thesauro Ecclesiæ, ut non solum fit satisfactoria ex opere operantis, sed etiam ex opere operato pro suffragiis defunctis. Ita Eminent. Card. de Lugo d. disp. 27. n. 70. Gobat ubi supra num. 481. & 482. ubi clarior loquitur, & dicit, illa verba per modum Suffragii significare, quòd Papa liberat animas à Purgatorio mediatis Indulgentiis non per modum absolutionis, sed per modum solutionis, quatenus non exercet in illas potestatem Judicariam, sed Oeconomicam, quam habet à Christo in Thesaurum Ecclesiæ, ex quo tanquam Pastor universalis animarum extrahit pretium, & applicat ipsum defunctis, in satisfactionem Divinæ justitiæ pro penis, quas luere debent in Purgatorio; & idem scribit Reginaldus in Praxi lib. 7. num. 152. Castropalaus part. 4. traç. 24. punct. 10. & plenè Pafferinus de Indulgentiis quest. 113. & q. 114. Igitur primus, & principalis dispensator Indulgentiarum est Papa, cui folus concessum est dare Indulgentias plenarias ob plenitudinem potestatis, quam à Deo habet. cap. Cum ex eo. De Pœnit. & Remiss. cap. Quomocumque 24. q. 1. Barbosa de Episcop. alleg. 88. n. 5. LAVORIUS de Indulgentiis part. 2. cap. 11. n. 28. & seqq. Gonzalez in cit. c. Nostro n. 6. de Pœnit. Gobat d. traç. 4. de Indulgent. num. 53. & Pafferinus eod. traç. de Indulgentiis. quest. 3. num. 39. & q. 85. num. 615. & 616.

Secundo loco post Papam habentes potestatem concedendi Indulgentias sunt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Diana part. 5. traç. 2. resp. 6. Quæ in Opere Coordinato reposita est tom. 9. traç. 7. resp. 46. ubi ex Præposito, Gamachazo, Soto, Corduba, ac Paludano notat, quòd ipsi Cardinales concedere possunt Indulgentias centum dierum; & hoc idem videmus in praxi, dum Eminentiffimi Præsules hujus Ecclesiæ Patavine, concionem publicam facientes ad populum, vel visitantes Parochias, impertient centum dies de Indulgentia. Utrum verò hanc facultatem habeant ex Privilegio, vel à sola consuetudine, est altercatio inter Doctores, quos citat Diana ubi supra, Gobat d. traç. 4. n. 55. & Pafferinus de Indulgent. quest. 85. num. 628. concludentes, ipsam ab eis haberi ex utroque capite, ob tacitum consensum Summi Pontificis; idèdque Cardinales Indulgentias concedunt centum dierum in suis Titulis, quamvis non sint Sacerdotes, cùm hæc facultas sit annexa eorum dignitati. DD. quos cumulat, & sequitur Emin. Card. Brancatius in Opusculo De Beneficiatione Diaconali pag. 296. Vers. Non obstat secundò.

Tertio loco elargiri possunt Indulgentias Legati Pontificii, seu Nunci, Apostolici in tota Provincia, ad quam sunt deputati. Glossa in cap. fin. De Offic. Legati. Sylvest. Verb. Indulgentia n. 11. Gambanus de Offic. Legati lib. 8. tit. de Indulgent. num. 8. & Pafferinus de Indulgent. quest. 85. num. 628. ubi dicitur, eosdem Legatos posse concedere Indulgentias centum dierum, ac unius anni, non solum pro una, aut pluribus vicibus, sed etiam perpetuas, tamen non sint Sacerdotes; ea ratione, quia talis concessio non est actus ordinis, sed jurisdictionis, ut ex doctrina S. Thomæ in 4. disp. 20. art. 4. quest. 2. & Navarri in traç. de Indulgent. in 31. notabil. n. 3. sustinet Fagnanus in cap. Accedentibus, n. 11. de Excessib. Prælator. tom. 7. Sed an hæc potestas in Legatis sit ordinaria, vel ex speciali commissione Pontificis, digladiantur inter se Theologi, ac Canonistæ; & verior videtur opinio Suarezii in d. tom. 4. disp. 55. sect. 3. num. 22. afferentis esse ex commissione particulari Papæ, quod approbat Gobatus d. traç. 4. num. 16. ubi notat, Anno 1666. à Nuncio Apostolico Lucernensi fuisse concessam Indulgentiam ducentorum dierum; à Nunciis autem Apostolicis Viennensi, & Coloniensi undecim mensium

fidelibus degentibus sub earum Nunciaturis, toties quoties, genibus flexis, devotè hi recitaverint coram imagine S. Francisci Xaverii sequentem Orationem, ab eodem Sancto compositam; & per eum Indianis perfolvendam ex motivo fœderat in Deum Charitatis traditam. Hæc est Oratio.

O Deus, ego amo te;
Nec amo te, ut salves me,
Aut quia non amantes te
Eterno punis igne:
Tu, tu, mi JESU, totum me
In Cruce amplexus es.
Tuisti Clavos, Lanceam,
Multamque ignominiam,
Innumeris doloribus,
Sudores, & angores,
Ac mortem, & hæc propter me,
Ac pro me peccatore.
Cur igitur non amant te,
O JESU Amantissime?
Non ut in Cælo salves me,
Aut ne in æterno damnet me,
Nec præmii ullius spe:
Sed sicut tu amasti me,
Sic amo, & amabo te,
Solum quia Rex meus es,
Et solum quia Deus es.

Transcribit hæc precationis formam ipse Gobat d. traç. 4. de Indulgent. num. 438. ubi pluribus rationibus demonstrat, ritè, ac rectè processisse dictos Nuncios Apostolicos, impertiendo tot Indulgentiæ dies, eam toties, quoties recitantibus; ipsamque tanquam sine limitatione temporis concessam perdurare, donec vel à Papa, vel à Nunciis Successoribus retractetur.

Quarto loco potestatem impertiendi Indulgentias habent Episcopi, circa quos ex concordia Theologorum, ac Canonistarum doctrina novem sunt notanda. Primum, quòd Episcopi non habent hanc facultatem à Deo, sed à Papa, qui idèd potest illam restringere, limitare, ac in toto auferre. Fagnanus in cap. Cum ex eo. num. 16. de Pœnit. & Remissionibus. Gonzalez in cap. Nostro. num. 6. eod. tit. Gobatus de Indulgentiis traç. 4. num. 62. & Pafferinus eod. traç. num. 615. ubi plurimos DD. cumulat. Secundùm, quòd à jure taxata est facultas Indulgentiarum Episcopis, itaut non possint concedere, nisi Indulgentiam centum dierum in die Dedicacionis Ecclesiæ; in eisdem verò die anniversario quadraginta dierum tantum, prout in aliis piis causis, aut occasiõibus eundem numerum quadraginta dierum excedere non valeant. d. cap. ex eo. de Pœnitent. Barbosa de Episc. alleg. 88. n. 14. Pafferinus num. 617. Idèdque Episcopi, dum visitant Parochias, concedunt fidelibus Indulgentiam quadraginta dierum; item quando prædicant, vel quando concurrunt alia pia, & honesta causa, concernens augmentum divini cultus, vel devotionis, puta fabrica alicujus Ecclesiæ, sustentatio hospitalis, aut erectio alicujus spiritualis confraternitatis. Fagnanus in cit. cap. Cum ex eo. num. 14. Gobatus ubi antea num. 58. refertur, quòd Ordinarius Constantiensis Anno 1665. Congregationi quinque Vulnerum Christi, in illa civitate Constantiæ erectæ, elargitus fuit Indulgentiam 40. dierum, consequendam in quinque festivitibus ab eadem Congregatione sibi electis, annuatim, & in perpetuum; prævia oratione ad Deum pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, hæresum extirpatione, & Christianorum Principum concordia &c. Unde constat, in his, & similibus casibus licitum esse Episcopis totidem Indulgentias concedere; etfi id non faciant, forsitan quia facilis est recursus ad Summum Pontificem, à quo ampliores, ut in usoc docet, obtinentur. Tertium, quòd notant DD. est, quòd si Episcopi

scopi excedant prædictum numerum dierum, Indulgentia nullæ sunt ipso Jure quo ad excessum tantum. *c. Indulgentia, & ibi Gloss. in Verb. Non obtinuit. De Pœnit. in 6. Fagnan. in d. c. Cum ex eo. n. 25.* & Gobat. d. tr. 4. de Indulgent. num. 65. ubi alios DD. adducit. Quartum, quod Episcopi non possunt concedere Indulgentias lucrandas ab alienis subditis, vel applicandas defunctis; quia sunt actus Jurisdictionis, qui in solos subditos extenduntur. *Quod autem ubi Abb. n. 2. de Pœnit. & remiss. Fagnanus in cap. A nobis num. 25. de Sent. Excommunic. Passerinus de Indulg. num. 620. Gobatus d. tr. 4. num. 62.* & seqq. addentes, quod vagi, & peregrini reperti in loco, in quo Ordinarius concedit Indulgentiam, ex præsumpto consensu suorum Episcoporum, eam possunt adipisci, prout etiam Religiosi, quamvis exempti; quod etiam docet Pax Jordanus tom. 1. lib. 5. tit. 15. num. 49. & alii multi. Quintum, quod non implicat, si Episcopus concessor elargiatur alicui Ecclesiæ, vel Confraternitati Indulgentiam 40. dierum, quamvis consensum perpetuum concesserit Prædecessor Episcopus. Gobatus ubi proxime num. 61. & Passerinus num. 619. At Sextum, speciali observatione dignum est, quod Episcopi licite, & valide uti possunt sua potestate concedendi Indulgentias etiam in anno Jubilæo, quia tunc Papa suspendit illas concessas ab Apostolice Sede; non autem elargiendas, vel elargitas ab Episcopis. Gobatus d. tr. 4. num. 66. in fine, & Pax Jordan. d. lib. 5. tit. 16. num. 52. ac etiam quia eo anno suspendunt Indulgentiæ plenariæ, non autem temporis limitati. Donatus Rerum Regularum. tom. 1. tr. 16. quest. 6. num. 7. quod lector notare non omitat. Septimum, quod Episcopus censuris irritis invalidè concedit Indulgentias, non etiam si in peccato mortali tantum reperitur. Passerinus n. 626. alios allegans. Octavum, quod Episcopus potest delegare hanc suam facultatem impertiendi Indulgentias vel suo Vicario, vel alii Clerico; non autem Laico, sed per commissionem particularem, & expressam. Passerinus n. 625. Tandem Nonum, & ultimum est, quod quæcumque hucusque dicta sunt de Episcopis, habent locum etiam in Archiepiscopis, non solum in eorum propria Diocesi, sed etiam in tota Provincia; tum quando per eam ambulant visitantes, tum etiam quando domi suæ resident, ut ex probabiliore opinione firmant DD. quos citat, & sequitur Barbofa d. alleg. 88. n. 15. & 16. Suarez d. disp. 35. sect. 3. n. 21. Passerinus de Indulg. n. 627. & Gobatus eod. tr. 4. n. 57.

Quinto loco retinetur potestas elargiendi Indulgentias à Prælati inferioribus Episcopo, habentibus Jurisdictionem quasi Episcopalem, ac subditos, quales sunt Abbates cum Territorio; & Superiores Regularium; non quidem de Jure, à quo talis facultas expressè est eis ablata. *cap. Accedentibus.* & ibi Fagnanus num. 7. de Excessu Prælator. Sed vel ex Præscriptione, vel ex Privilegio, aut speciali commissione Papæ. Gonzalez in cit. cap. Nostrum num. 6. de Pœnit. & Remiss. Hinc Rota part. 11. recent. decif. 373. (que etiam habetur inter illas Bichii decif. 459.) num. 21. & 22. approbavit, quod Abbas Montis Cassini pluries concesserit Indulgentias Monialibus Terræ Tagliacotii, & quod Provinciales Ordinum Mendicantium concedant suis subditis in fine visitationis Indulgentiam plenariam, testatur ex Casarubio num. 16. Gobatus d. tr. 4. de Indulgent. num. 74. ac Rodrig. Q. Regul. tom. 2. quest. 86. art. 1. Vers. secundò dicit. Et ratio esse manifesta, scilicet quia Prælati inferiores acquirere possunt ea, quæ sunt Jurisdictionis Episcopalis non solum privilegio, sed etiam præscriptione. Fagnanus in cit. c. Accedentibus. de Excessu Prælat. num. 4. Hinc omnes Abbates Regulares posse concedere Indulgentiam 40. dierum

quoties Missam solemnem celebrant, ex privilegio Apostolico; demonstrat Tambur. de Jure Abbatum tom. 2. disp. 9. quest. 2. & aliquando etiam Indulgentias plenarias suis subditis elargiri, probat Miranda tom. 2. Manual. Prælat. quest. 9. art. 2. concl. 2. Et idem posse Superiores Mendicantes, habetur in compendio eorum Privilegiorum. Verb. Indulg. plen. quo ad fratres. §. 16. Ac ulterius Prædicatores Minorum, & aliorum Ordinum de eorundem Privilegiis participantium posse elargiri Indulgentias suis auditoribus plurium centenorum dierum, ac diversorum annorum advertit Bordonus Variar. Resolut. part. 1. resol. 7. num. 31.

Sextò, è contra, ex hucusque dictis deducitur, nullam potestatem concedendi Indulgentias habere Concilia sive Generalia, sive Provincialia, prout neque Vicarios Episcopales, neque Capitula Sede Episcopali vacante, neque Parochos; licet enim Jurisdictionem Ecclesiasticam obtineant; at tamen, quia neque à Jure communi, neque ex speciali commissione Papæ concessa unquam fuit supradictis facultas indulgentias impertiendi; eas elargiri minime possunt. Fagnanus in d. cap. Accedentibus n. 16. & 17. de Excess. Prælat. S. Thom. in 4. disp. 20. quest. 1. art. 4. quest. 1. Gobatus d. tr. 4. num. 71. Barbofa d. alleg. 88. num. 21. & Passerinus de Indulg. num. 632. ubi alios plurimos congerit, ac num. seq. 633.

Tandem observandum venit, quod Indulgentiæ, quæ impetrantur à Papa, publicari non possunt, nisi ab Episcopo loci, unâ cum duobus de Capitulo ex decreto Concilii Tridentini sess. 21. de Reformatione, cap. 9. per quod decretum exclusi quoscumque Regulares, notant Bonacina tom. 3. disp. 2. quest. 3. punct. 30. num. 9. Barbof. alleg. 105. num. 69. asserens, Regulares subiectos esse Jurisdictioni Episcopi circa publicationem Indulgentiarum, prout testantur plures DD. ibi citati; ac Nicolius in Flosculis V. Indulgentia num. 9. & in suis Lucubrationibus Canonice lib. 1. tit. 31. num. 13. de Offic. Ord. pag. 72. Nihilominus Rodriguez Q. Regul. tom. 2. quest. 98. art. 1. & Pellizzarius in Manual. Regular. tom. 2. tr. 8. cap. 5. num. 217. asserunt, quod Regulares possunt publicare Indulgentias obtentas pro seipsis tantum absque alia licentia Episcopi, quia Concilium Trident. d. sess. 21. c. 9. loquitur de Indulgentiis concessis pro populo. Imò, quod magis est, quando Superiores Regulares soliti essent de per se, & independentè ab Episcopo publicare Indulgentias obtentas pro populo in Ecclesiis suis, vel sibi subiectis, absque scrupulo possunt continuare in dictis publicationibus auctoritate Rote Romanæ, quæ part. 17. recent. decif. 87. n. 22. firmat, in publicatione Indulgentiarum attendendam esse consuetudinem. Et hæc lætatis dicta sunt circa Claves Ecclesiæ respectu ad Indulgentias.

DECISIO XXI.

ARGUMENTUM.

De Necessitate examinis conscientiæ ante Confessionem. Quanta debeat esse diligentia in eo faciendum. Exempla verborum felicitis, ac debilis memoriæ. Peccata lingue, cogitationum, & omissionum difficile reperiri in discussione conscientiæ. Quando sit valida confessio, omisso examine. Utrum valeat confessio facta non voce, sed exhibitione chartæ continentis peccata pœnitentis, genuflexi coram Sacerdote.

SUMMARIUM.

- 1 Examen conscientie quid sit? quomodo faciendum?
- 2 Examen conscientie quare præmittendum Confessionis?

- 3 Memoriam insignem quinam habuerint? Et qui infelicem?
- 4 B. Alberti Magni memoria perperita. Ejus causeris prodigia.
- 5 Memoria felicitas, vel debilitas unde proveniat?
- 6 Sensus quatuor interni an dentur in homine?
- 7 Diligentia in examine conscientie vel exactissima, vel mediocri, vel medicissima. Quæ sufficiat? Et quando?
- 8 Bonacina notatus circa examen conscientie.
- 9 Confessariorum obligatio interrogandi pœnitentes rudes, ac idiotas.
- 10 Casus infirmi, qui statim confessus incidit in ebriehesim, & in ea obit.
- 11 Examinis conscientie fructus, & affectus.
- 12 Peccata, quæ in conscientie examine vix repèriuntur, quæ sint.
- 13 Omissionum peccata que, Et quàm periculosa.
- 14 Judicia Dei servissima tria. Et que.
- 15 Confessio sine examine conscientie quando sit valida, vel invalida.
- 16 Scribere peccata an oblivisus teneatur.
- 17 Legens Chartam confessionis alterius peccat mortaliter. Ea Judex uti non possit in foro externo.
- 18 Confessio per exhibitionem chartæ cum peccatis an fieri possit. Hinc imò opiniones. Et n. 19.

Quoniam in Decisione XIII. num. 1. diximus materiam Prædicam Sacramenti Pœnitentiæ esse tres illos actus Pœnitentis, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem; ibique expli- cimus Contritionem, tamquam dolorem perfectum, & in sequenti Decif. XV. declaravimus Attritionem, quæ est dolor imperfectus, subindè aggressivus explicationem secundi actus in Decif. XV. in qua abundè differimus de essentia, ac definitione Confessionis, postquam opus fuit de quibusdam dubiis, eam tribuentibus tradere, videlicet Decif. XVI. an Confessio possit fieri publice, vel debeat esse secreta. Decif. XVII. An confessio ad aures Sacerdotis semper fuerit in usu. Decif. XVIII. Utrum absente Sacerdote possit fieri coram Laico non habente Claves à Christo datas Ecclesiæ. Decif. XIX. Quæ sint hæc Claves, & quibus sint date tam pro foro externo, quam pro foro interno. At Decif. XIX. quomodo eadem se extendant ad Indulgentias. Igitur nunc, easdem emundè secundum actum Pœnitentis, nempe Confessionem, (quam in d. Decif. XV. num. 32. requirere quatuor conditiones notavimus, videlicet, ut sit Diligens, Integra, Fidelis, & Obediens;) opus est, ut de diligentia agamus, quæ consistit in examine conscientie, de quo quinque sunt videnda.

Primo: Quid sit examen conscientie, & qua de causa fit Confessionis Sacramentali præmittendum?

Secundo: Quanta debeat esse Pœnitentis diligentia in examine sue conscientie?

Tertio: Quæ sint peccata, quæ ut plurimum non reperitur in conscientie examine?

Quarto: An sit valida Confessio facta sine præcedenti examine?

Quinto: An qui labilem memoriã habet, teneatur scribere sua peccata?

Quo ad Primum: Examen conscientie est discussio actionum vite nostre in particulari, facta eorum comparatione cum divinis præceptis, ut corrigamus ea quæ in illis mala esse deprehendimus. Ita Reginaldus in Praxi Fori Pœnitent. lib. 4. num. 5. ex qua definitione colligitur methodus servanda à pœnitente, qui vult examen facere sue conscientie, ut scilicet examinet seipsum super observatione præceptorum tum Dei, tum Ecclesiæ, ad hoc ut cognoscat, quæ peccata commiserit in eorum trans-

gressione; & de quibus sit accusare in Confessione debet. Uterius faciendæ erit reflexio ad septem peccata capitalia; discurrendo per ipsa; facilis enim est lapsus in illa, quando exactam sui ipsius custodiam homo non habet. Quod si quæritur quæ de causa præmittendum sit examen conscientie Confessionis Sacramentali? dicendum est, ob duas causas. Unam, quia hoc examen est præceptum Concilii Trident. sess. 14. cap. 5. in illis verbis; 2 Oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in Confessione recenseri. Et post alia plura ibidem: Constat enim nihil aliud in Ecclesiâ à pœnitentibus exigi, quam ut postquam quisque conscientiam se excusserit, & conscientie sue finem omnes, & latetras exploraverit, ea peccata confiteatur. Alteram, quia cum per peccatum Adæ homines fuerint spoliati donis gratuiti, & vulnerati in naturalibus; hoc, inter alia vulnera, quisque experitur, infirmitatem memoriæ, & deficientem remissionem; unde signanter scripserit Erasmus in Apoph. Memoria hominum ad labilis est, ut egrè reperias duos, qui quæ simul audierunt, eodem modo referant. Non inficior, multos fuisse vitios prodigiæ memoriæ; nam, ut dixerit Plinius lib. 7. cap. 24. Cæsar Rex omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit. L. Scipio populo Romano. Cæsar Pyrrhi Regis Legatus Senatus, & equestri oratori Romæ postero die, quam advenerat. Mirari daturam, & viginti gentium Rex, totidem lingua iura dixit. Et alios plures referat ex probatis autoribus Schotus in Physica Cursus lib. 3. cap. 35. quorum alii totam Scripturam Sacram memoriter recitabant, alii multa millia vocabulorum tam recto, quam retrogrado ordine proferebant; & eisdem, ac consimiliter memorat etiam Menochius in Storici part. 3. cap. 59. quibus addendus Marcus Monachus in Egipto, qui feliciter in memoria retinebat utrumque testamentum, vetus ac novum, ut in ejus vita notat Hieronymus à Basilio Petri in Epistolis. Sacris die 5. Martij pag. 82. Quamvis è contra plurimos fuisse memoriã destitutos legimus, quos recenset idem Schotus d. cap. 37. inter quos Messala Corvinius, qui ex aegritudine, non tantum propinquorum, & servorum, sed & proprii nominis est oblitus; nec non Cornelius Janfenius (ille qui Commentaria egregia in Sacram Scripturam edidit) nam & ipse factus senex omnium litterarum perdidit remissionem: cui similis fuit B. Albertus Magnus, de quo Bagatta in Admirand. Orbis Christi. tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 17. hæc habet: Cum Albertus Magnus admodum senex de morte profiteretur publice, memoria lapsus est; cumque aliquamdiu reticisset, & omnes obspicerebant, resumpto tandem animo sari cepit, & huius causam exposuit; nempe hæc sibi imminenti mortis præfugium; cum enim dum esset adolescens à B. Virgine miraculose scientiam obtinisset, ab eadem signum future mortis habuit, futurum scilicet, cum instaret sibi obitus, ut dum publice profiteretur, subitò in memoriã lapsus incurret. Auditoribus igitur visis dixit, vult dato, & ex eo loco abiens, ad mortem se paravit. De eodem autem Magno Doctore non est tacendum, quod idem Auctor d. lib. 6. cap. 2. num. 8. subdit: videlicet, Cum sepulchrum ejus fuisset apertum post multum temporis ab obitu ipsius, repertum est cadaver ejus non supinum, sicut fuerat collocatum, sed genuibus iniunctis in modum supplicis, & pressis ad Deum facientibus. Prout etiam addendum id, quod ponit d. lib. 6. cap. 3. num. 102. hoc est, post ducentos annos à die obitus integrum, & incorruptum repertum fuisse corpus ejusdem B. Alberti Magni. Quæ sint obiter dicta circa defectum memoriæ, ac remissionem. Porro scilicet, unde proveniat tum secunditas, tum

tunt contra distributam iusticiam, quod etiam docerunt S. Thomas 2. 2. q. 62. art. 2. & ibi Cajetanus. *Gurtierrez. Canonic. Q. lib. 1. cap. 11. n. 55. Vasquez in Opus. de benefic. cap. 2. §. 3. n. 117. & Diana, alios cumulat. part. 4. tract. 4. resol. 210. Quæ sedem occupat in opere coordinato tom. 8. tract. 7. resol. 54.* Igitur si hæc vera sunt, prout verissima à DD. esse censentur, nonne peccata omissionis difficile reperitur in conscientia examine? Utiq; difficile; nam, ut experientia comperimus, plurimi sunt, qui frequentes omissionis peccata committunt, & raro illa consentitur; teste Segnerio in *Christi. Instru. part. 1. Serm. 5. num. 13.* Peccata autem omissionis contra charitatem committuntur à divitibus non scientibus de bonis superfluis elemosynam egeris, ut plenè differimus supra Decis. XI. circa quod omissionis peccatum satis sit notare dictum S. Bernardini Senen. de *Christi. Relig. Serm. 11. Tit. 1.* scilicet, esse Dei tremenda iudicia; & severissimas punitiones, *Unam* ab initio mundi contra Superbiam Angelorum, quos præcipitavit in tartara; *alteram* luxuriam hominum, quos extinxit universalis diluvio; *tertiam*, quam faciet in fine mundi ob peccata omissionis contra charitatem; quando abiciet à se damnatos, dicens, *stirvi, & non dedistis mihi panem; hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non operulistis me; infirmus, & non curastis me; visitastis me.* Matth. 25. 42.

Quo ad Quartum Quæsitum: *An sit valida confessio facta sine præcedenti examine?* Respondetur, distinguendos esse duos Casus. Primus est, quando ex defectu examinis confessio non est integra, & fuit omissionis unum, vel plura peccata; & in hoc casu absque difficultate Confessio non est valida; ac omnino venit repetenda; quia integritas quoad numerum, ac species, & ad circumstantias illas mutantem, est de essentia confessionis, ut ostendimus infra Decis. XXIII. & definitum est in *cap. Omnis utriusque sexus. De Pœnit. & Remiss.* In Concilio Florentino in *Decret. Eugenii IV. & in Concilio Tridentino d. sess. 14. cap. 5.* Eminent. Card. de Lauræa de Pœnitentia disp. 12. art. 1. num. 11. & seqq. Et deficientis integritas neglecto examine conscientia censetur venire ob gravem culpam pœnitentis, & facit Confessionem nullam, ut omnes DD. testantur; & in puncto resolvit idem Emin. Card. de Lauræa d. disp. 12. art. 9. num. 197. Secundus casus est, quando nullum prorsus factum fuit examen conscientia, nihilominus confessio fuit integra, & nullum fuit omissionis peccatum; & in hoc casu; quem à nullo Auctore propositum invenimus, nisi ab ipso Emin. Card. de Lauræa d. disp. 12. art. 9. §. 2. num. 203. respondet Eminentia sua, Confessionem esse invalidam, ac prorsus repetendam. Ratio responsionis est, quia licet talis pœnitens absque præcedenti examine confessus sit omnia peccata commissa, non est confessus peccatum mortale ab eo patratum, accedendo, ad Confessionem non præmissio diligenti examine, quod sub præcepto, & sub pena peccati mortalis est præmittendum ex decreto Concilii Trident. d. sess. 14. cap. 5. Nec excusari potest, quod confessus sit cum integritate, quæ est finis Præcepti, à quo ordinata est præcedens discussio conscientia; nam per accidens integraliter fuit confessus, ac quantum ad se ipsum se exposuit periculo committendi Sacriligium, & omittendi accusationem alicujus peccati; qui autem exponit se periculo peccandi, peccat; etiam si per accidens postea impediatur à peccando.

Hæc opinio videtur rigorosa, quia non peccat in legem, qui adimplet substantiam legis, etsi non servet modum à lege prescriptum. Bonacina de *Legib. tom. 2. disp. 1. q. 1. punct. 9. num. 2.* Sed Concilium Tridentinum in *cit. sess. 14. cap. 5.* in substantia præ-

cipit integritatem Confessionis, quæ intervenit in hoc secundo casu, quamvis non servatus sit modus prescriptus ad eam consequendam, scilicet diligens examen conscientia. Prout etiam in omni lege satis est ejus mentem servare. *1. Scire leges. ff. de Legib. Menochius conf. 202. num. 6.* Sed mens Concilii in præcipienda discussione conscientia ante Confessionem fuit, ut hæc esset integra, & nullum omitteretur mortale peccatum. Igitur, qui de omnibus peccatis se accusat, & integrè confitetur, licet Confessionem non examinaverit, validam facit Confessionem. Ulterius cessante ratione legis positivæ, ac ejus sine adæquato in aliquo casu particulari, cessat ipsa lex pro eo casu. Abbas in *cap. Quia in infirmitate. num. 2. de Regular. Angelus Verb. Lex. num. 4. casu 7. S. a. eod. Verb. n. 1. & Verb. Ludus. num. 1. Tamburinus in Decalog. lib. 2. cap. 1. §. 7. n. 38. Diana plures DD. cumulat. part. 1. tract. 10. resol. 28. Item part. 5. tract. 14. resol. 46. Nec non part. 7. tract. 10. resol. 33. Quæ omnes repositæ sunt ab Auctore ejus Operis Coordinati tom. 6. tract. 1. resol. 70. 71. & 72. Ergo in prædicto casu, cum pœnitens faciat integram Confessionem, & cesset ratio dimidiandis furum culpam, ob quam à Tridentino Concilio fuit ordinatum examen conscientia, dicendum videtur, validè recepisse Pœnitentiæ Sacramentum, & esse bene absolutum; nec ampliùs teneri ad novam Confessionem eorundem peccatorum.*

Nihilominus tanti Auctoris (qualis est Eminent. Card. de Lauræa) non audeo impingere opinionem; sed tantummodò eam declarare, ut procedat; vel quando longum decurrit tempus post ultimam antecedentem illius pœnitentis Confessionem, itat se exposuisset manifesto periculo dimidiandi hanc novam Confessionem, & committendi Sacriligium, ob non præmissum diligens conscientia examen; hæc enim esset culpa mortalis ponens obicem, & impediens gratiam, ac effectum Sacramenti. Vel quando Confessarius neque expressè, neque tacitè novisset, ab ipso pœnitente nullam præmissam conscientia examinationem; & sic subest idem periculum faciendi sacrilegam Confessionem. Quandoquidem, è contra, quando Confessarius scripsisset, non præcelsisset examen, vel quia de hoc interrogasset pœnitentem; (ut facere solent prudentes Ministri hujus Sacramenti) vel quia id sibi persuasisset ex qualitate externa pœnitentis, quia esset vel rusticus, vel idiota, vel manifestus ignorans hujus obligationis; & illum non recussasset audire, animo supplicandi suis interrogationibus, & illum juvandi ad integraliter confitenda peccata, idque peregrisset; in hoc casu dicendum est, validam fore ejusdem pœnitentis Confessionem ex communi Theologorum doctrina, quod possit Confessarius supplere non discussæ conscientia per suas interrogaciones; & ex his validum remanere Sacramentum; ut quilibet legere potest in *Reginaldo lib. 4. num. 12.* in Navarro ad *cap. Fratres n. 75. de Pœnit. disp. 5.* in Bonacina de *Pœnit. Sacram. tom. 1. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 1. n. 7.* ubi plures alios allegat. In Eminent. Cardinali de *Lugo eod. tract. de Pœnit. disp. 16. num. 693.* ubi commendat Confessarios, qui pœnitentes rudes, ac ignaros, coram se accedentes non preparamos, non dimittunt; sed illos adjuvant suis interrogationibus, non absque magno merito apud Deum ob multam patientiam, & charitatem in recipiendis talium rudium personarum Confessionibus, ut sciunt, qui in sedibus Confessionalibus morantur.

Quo ad Quintum, & ultimum quæsitum, *An qui labilem memoriam habet, teneatur scribere sua peccata?* Respondent communiter DD. negativè, ea ratione, quia hæc diligentia est nimis extraordinaria, atque exposita nimis manifesto periculo infamationis propriæ, & nullum præceptum reperitur de scri-

bendis peccatis, sed solum de his rememorandis per diligentem conscientia examinationem. Bonacina d. *tom. 1. de Pœnitent. Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 1. num. 4.* Cætopalaus tract. 23. disp. *Unica punct. 10. num. 3.* Collegium Salmanticens. de *Sacram. in genere d. tract. 6. cap. 6. num. 6.* & Gobatus in *Thol. Experm. d. tract. 6. num. 515.* & seqq. ubi addit, quod si quis more præcorum Anachoretarum velit in papyro suos defectus conscribere, ut de eis securius possit se accusare, non est reprehendus. Data verò hujusmodi scriptura, dux ex illa instigant observationes. Una est, quod si quis reperiret dictam chartam, & legeret, peccaret mortaliter, etiam si ea conscripta essent solum peccata venialia, quamvis fuisset etiam lacertata, & foras projecta, & aliqui colligeret, ac combinatorum fragmenta, eaque combinata legeret. Gobatus d. *tract. 6. num. 517.* Imò si Jux per hanc scripturam deveniret in notitiam alicujus flagitii, vique ejusdem exquireret à Reo Confessionem, & procederet ad pœnitentis Sententiam, teneretur eam rescindere, & totum processum abolere, ea ratione, quia Confessio Sacramentalis, & manifestatio delictorum ejus intui facta non probat in Judicio. Mascard. de *Probationib. conclus. 377. n. 1.* & 2. ubi DD. Et alii plurimi, quos cumulat, & sequitur Diana part. 3. tract. 4. resol. 111. alias 112. nec non part. 5. tract. 11. resol. 27. quæ studiosus Lector, habens Dianam Coordinatum, reperiet in *tom. 1. tract. 8. resol. 42.* & 43. Observatio Secunda est, quod hi, qui scribunt peccata sua in charta, possunt genuflexi ante Confessarium, ei illam legendam tradere, dicendo, *confiteor omnia, quæ hic scripta sunt, & ea læta absolvi valent, ut ex doctrina Eminentiss. Card. de Lugo de Pœnitent. disp. 15. à num. 80.* & seqq. docet idem Gobatus d. *tract. 6. num. 520.* usque ad num. 525.

Cæterum contra talem methodum consistendi ita scribit Emin. Card. de Lauræa disp. 10. de Pœnitent. art. 5. num. 67. *Salva pace, contrarium mihi videtur dicendum. 1. Quia si hoc asseratur, facile invenitur maxima fidelium copia, & puellarum præcipue, quæ hac dispensatione vellet uti. 2. Quia cum notum non sit, casus gradus, aut magnitudinis debeat esse verecundia, facillimè quisque sibi eam inesse existimabit, & paucis post annis vocalis Confessio non erit in usu. 3. Per Doctorem præfatum (scilicet Card. de Lugo) num. 86. est grave, & mortale peccatum, morem hunc in Ecclesiam inducere, quia contra consuetudinem commutare: Ergo non facile sunt admittendi casus de permissenda Confessione per scripturam. Magistrus quoque in 4. Sent. disp. 5. quæst. 17. n. 472. ita scribit: Non omnino approbo, licet sua probabilitate non careat, quod docet Lugo disp. 15. sect. 5. n. 80. sufficienter debito suo satisfacere pœnitentem etiam voce pollemem, qui data priùs scriptura Sacramenti, quam legat, in qua continentur peccata, post illam lætam subjungit per voces: de his omnibus me accuso, quia jam ore confiteor, quantum satis est; neque enim necessarium videtur, inquiri, quod per voces intra Sacramentum explicet omnino peccatum. Hoc inquam, omnino approbare non possunt, quia nulli dubium est, pœnitentem magis verecundari peccata sua per voces explicando, quam per scriptum, ut enim fert commune adagium, *littera non erubescit.* Cum ergo verecundia sit parva à Christo intenta in hujus Sacramenti institutione, hæc non est minuenda, si nulla adeest necessitas, ut est in casu proposito. Idem sentit Reginaldus lib. 6. num. 81. ubi allegat S. Thomam in *Quodlibet. 1. art. 10.* docentem, debere pœnitentem propriis verbis peccata sua confiteri, nisi sit lingua, ac voce impeditus; cui ego addo textum in *cap. Quem pœnitent. 88. de Pœnit. disp. 1.* in quo dicitur, quod in Confessione peccata non per nuncium, non per scri-*

pium sunt manifestanda; quod notatum etiam est supra Decis. XV. num. 21. ubi prescripta fuit hæc methodus confitendi. His bene convenit, quod ex relatione Cæsarii lib. 5. cap. 29. refert Magrius in *Hierololyc. Verb. Sufurrium* Aliquod scilicet Demonem ex contemptu vocasse Confessionem Sacramentalem *Sufurrium*, quia cum ferret per vocem secretam ad aurem Sacerdotis, videret in ejus aures futurare, undè resultat confirmatio doctrinae, quod Confessio absque magna necessitate non est facienda scripto, sed voce.

DECISIO XXII.

ARGUMENTUM.

Mutorum diverfitas; ac Mutitatis quatuor causæ ex fonte Medicinæ extractæ declarantur. Muti an possint contrahere matrimonium? Profiteri in Religione? ac alia publica officia agere? ex Jurisprudendum dictis ostenditur: nec non ex Historiam tum Sacra, tum Profana plurimum Mutorum exempla referuntur. Hi quomodo possint, ac debeant sua peccata confiteri? Decidunt, & referunt casus curiosos, sed periculosos Muti ab Auctore reperti in Visitatione Patavinæ Diocesis.

SUMMARIUM.

- 1 Muti, Afomi, Brachyismi quinam sint?
- 2 Muti alii à nativitate, alii post loquelam loquelæ ob infirmitatem.
- 3 Mutorum à nativitate quatuor species.
- 4 Aurium interiorum structura declaratur.
- 5 Auditus Organum in quibus consistat?
- 6 Muti cur alii ingeniosi, alii semisolidi?
- 7 Muti ex infirmitate qui?
- 8 Muti an possint contrahere Matrimonium? Profiteri in Religione? eligere sibi Sepulturam? An esse testes, vel Judices?
- 9 Mutorum exempla in Scriptura Sacra.
- 10 Lingua abscessa Catholici articulatè loquuntur.
- 11 Leoni Paps III. oculi, & lingua miraculozè restituta.
- 12 Mutus à nativitate, qui futura prævidebat. Alii summi ingenii, alii ludentes, ad invicem disputantes.
- 13 Muti scientes scribere, possunt sua peccata in scheda Confessario exhibere. Sed an sint obligati ita confiteri?
- 14 Muti à nativitate mutibus, ac gestibus debent confiteri sua peccata.
- 15 Mutorum trium, quorum Confessiones Auctore audivit in Visitatione Diocesis Patavinæ. Unius ex illis acumen mentis, & casus curiosus, sed periculosus.

A Tenta igitur Scotistarum doctrina, quod Confessio Sacramentalis ex Christi institutione debeat esse vocalis; & ex Ecclesiastica traditione, ac usu fidelium nunquam interrupto, peccata manifestanda sint Confessario per vocem pœnitentis, non autem per exhibitionem Schedulæ, in qua sunt scripta ipsa peccata, videndum est, quomodo Muti, & hi, qui linguam impeditam habent, debeant confiteri.

Mutos; & lingua impeditos dari per universum orbem experientia docet, & testantur Historiæ; ut videre est apud Solinum cap. 37. Plinium lib. 6. cap. 30. Isidorum lib. 11. cap. 3. à quibus non dissentit S. Augustinus lib. 16. De Civit. Dei. Verum non solum reperiri homines mutos, sed etiam Afomios, id est ore carentes, nec non Brachyhomos, qui parvo sunt ore, referunt Scriptores, quos allegat Schottus